



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ebrvlphvs C. 29. Decemb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

mo, fœnus x. talentis imminuisset. Taceo horreum vacuum mox frumento plenum, quod unis scilicet precibus suis MARCELLVS cōvexit, quas quidem quàm acceptas haberet Deus, ille vidit, qui supplicem humo ab Angelis vidit attolli, & solis instar nitere. Porro corpora agrorum ita curabat, ut simul medicinam animis faceret. Quare Iudas in morbum toties, quoties in perfidiam est relapsus, dum ludentem cum DEO & Divo mors castigavit. Iam cum Byzantium urbs tota flammis delenda esset, mediam servavit MARCELLVS, igne lacrimis extincto. Cœnobiū ipsius cum spoliare pararent milites, lux ingens hoc tegere visa, in luce crux, è cruce verò tot fulmina, quot tela, quę non jam manus in prædam, sed pedes in fugam docuit prædones conijcere. Ad id illud, cum Reipublicę causâ Leonē Imp. adiret, honoris causâ ab Angelis deductum esse, uti tam nobiles stipatores corporis monacho ipse puto Imp. invideret. *Ex Metaph.*

S. EBRVLPHVVS C. 29. Decemb.

EBRVLPHVVS è Regis Gallię ad Christi aulam transit, haud paulò honestiori loco futurus. Permoveere ad transitionem illa Christi verba, quibus non modò EBRVLPHVVM, sed te etiã, Lector, hodie invitat: *Si quis vult venire*

venire

venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hac, inquam, cum attentius apud animū suum considerasset EBRVLPHVS, quā vulgō solemus, non in super habendā ratus est conditionē, quam non homo Rex, sed Deus offerret: mox igitur conjugii, liberis, aulā, opibus, & clientelis vale ultimum dixit. Accessere comites EBRVLPHO tres alii, quibus omnibus in solitudines dux bonus Angelus bonus fuit. Ibi, ut, quod initio dixeramus, non aulā, sed dominū scires deseruisse, cellas exadificavit centum & quinquaginta, totidemque clientes numeravit, aluitque, com meatū subinde coelo supeditate. Nā cū dimidiis fortē panis, qui unus reliquus, imperio Divi, pauperi cessisset, adfuit continuo mulus cibariorum onustus. Plus etiā sollicitus fuit vaticū divinū abeuntibus ē vitā ut daret, quare cū sine hoc ē Sodalibus quidā decessisset, in vitam revocavit tantisper, tum demū cum hoc ire feliciter iussit. Ipse quoque; ultimum ager præter hunc cibum aliū nullū multo tempore admisit, stomacho, (vel animo potius) omnia humana respiciente. Mortuus deinde inter preces suorum revixit, dum assensum in miseros ipse dispensaret. Funerari dū illacrimatur in sacris Diaconus, morique etiā ipse exoptat, voti damnatus unā tumulatur anno D, XC. Ex *Surv.*
S. PHI-